



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. De substitutione, quæ sit per fideicommissionem?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

tals illi decesserint. Tertia dicitur Exemplaris sic dicta, quia introducta est ad exemplum pupillaris; ob quod etiam quasi pupillaris dicitur, quā parens v.g. sibi faciens Testamentum, liberis suis Furosis, aut mente captis, puberibus, etiam emancipatis, legitimā portione ipsi's relictā, hæredem substituit. Quarta dicitur reciproca, seu breviloqua, in qua Testator duos vel plures hæredes instituit, eosque sibi invicem substituit, instituo Cajus & Titium hæredes meos, eosque invicem substituo, ita ut si Titius non sit hæres, Cajus sit, & vice versa. Quinta dicitur denique Compendiosa, quæ verborum compendio places in se continet substitutiones secundum diversa tempora, & ætates &c. ut cùm dicit Testator, instituo filium meum hæredem, & si iste decesserit, substituo ei Cajum, quo in casu, si ante aditam hæreditatem, & ante Testatorem obierit v.g. filius, ex vulgari substitutione Cajus succedit: si verò post aditam hæreditatem, ante pubertatem tamen decesserit Filius, ex pupillari substitutione succedit Cajus.

§. III.

An per substitutionem pupillarem excludatur Mater à successione filij impuberis?

Quod per substitutionem pupillarem expressam excludatur mater impuberis filii, & omnes ascendentēs per lineam maternam (ac multo magis Fratres, aut alij Consanguines) à successione hujus, etiam quoad legitimam ex variis iuriis Civilis Textibus, & ex Cap.

Si Pater b. t. in 6. pates: quamvis enim, ut ait Pontifex in citat. capit. filius aut filia in testamento suo, matrem legitimā portione, jure naturae ipsi debitā, privare non possit, potest tamen pater in testamento, quod Filio impuberi fecit, matrem omnino excludere, cùm tale Testamentum non tam sit filij, qui matrem à legitimā excludere non potest, si Testamentum facere possit, quam paternum filio impuberi factum, qui cùm nihil uxori suæ debeat in Testamento à se facto, per substitutionem talem expressam, eam videtur omnino excludam voluisse; neque tamen taliter exclusa censeri debet Mater per substitutionem pupillarem tantum tacitam, que implicitè continetur sub vulgati expressa, si filius impubes scilicet, hæres non est, Cajus hæres esto: quia leges tantum loquuntur de substitutione expressa pupillari, quod hoc scilicet matrem excludat, ergo non debet extendi ad odiosam exclusionem per tacitam pupillarem, nisi ex certis conjecturis appearat, mens patris testatoris, aut frater instituti, filius testatoris, substitutus sit, quia tunc præsumitur, quod testator voluerit hunc filium substitutum uxori præferti. Vide plura circa hanc potissimum juris Civilis Materiam apud Aut. Method. §. cit.

§. IV.

De substitutione, quæ sit per fiducię commissionem?

Fidei Commissum in genere dici potest, quod per intermedium personam, sive per ministerium alterius alicui relinquitur.

Du-

Duplex autem est tale fidei commissum, Universale aliud, aliud particulare. Universale est, quando haeres in testamento institutus, vel ab intestato succedens, rogatus, vel jubetur, hereditatem tam, seu ejus partem alteri tradere, quo in casu taliter rogatus, qui jubetur alteri tradere hereditatem &c. fiduciatus haeres dicitur; & ille cui jubetur tradere, fidei Commissarius haeres dicitur; Particulare vero fidei Commissum est, quando res certa tamen in specie ab herede alteri tradenda committitur, quod fidei Commissum jure novo nihil differt a legato.

Quod possit autem testator heredem suum etiam filium sic gravare, concedunt communiter omnes, ita tamen, ut si pater filium heredem tali onere gravavit, haec semper tacita conditio, si sine liberis mortuis fuerit, subintelligi debeat, cum verosimile non sit, quod testator tali fidei commissio universali gravaturus fuisset filium, si de nepotibus, ex se descensutis, cogitasset, & extantes substitutos his praeferre voluisse, prout habetur in l. cum acutissimi 30. C. de Fidei Com. imo probabilius etiam est, quod si filio gravato in testamento patris, ut hereditatem, quando sine liberis decedit, restituat certo cuidam substituto, si religionem filius hic ingrediatur, ac proficiatur, Monasterium tale (si bonorum, & successionis capax sit) excluso substituto, in bonis sui hujus professi succedit, prout habetur ex cap. in praemaria 8. de probat, cum de patre taliter testante pie presumi possit, quod per hanc suam substitutionem, non voluerit, aut filii professionem in religione impediare, aut

religionem prajudicare, preferendo extraneum substitutum, sed quodam lam, taliter substituendo, menem habuerit professionis religiose, & hunc certissime etiam exceptum, professione religiosa cogitasset, quod men presumptu elidi potest, si doctrinaria voluntate testatoris (sicut causam, vel unum de familia bona penes familiam manente, inuentis) vel verbis claris expressi, ex manifestis conjecturis colligenter stet, quia veritas tollit presumptum, vel certe ingressus talis, ante dandi substitutum, factus fuerit (fraus nemini patrocinari debet) ne contractu oneroso talis clausus esset, prout pluribus proponit, etiam casus ex ipiendo vatisque.

§. V.

De deductione tum quarta post Trebellianica ex fidei commissari hereditatibus, tum legi time?

EX jure Civili constat, quod de denibus sua iure natura de legitima, sive portio hereditatis, eius testatoris, cuius necessaria sunt, titulo hereditatibus influunt, abique omni gravamine relinquuntur, ut nullum sit testamentum, huius ius institutionis sit facta mentio, nullæ cause legitime expelle faciunt omissionis; prout pluribus videtur apud Civilistas, qui portiones de volunt esse, de jure novo Trebelliano sive tertiam partem hereditatis, a specie descendantium, si quatuor, & pauciores sunt liberi; sive plures quam quatuor, semiplena ratione dimid.